

possidere, ponentes in terra orientali alios homines
tributum ipsis annuatim dantes. ^{et} Aliam
vero partem ipsi per se possidentes. Ipsis
etiam concessum fuit Thuringia in parte
meridionali, ^{quod} tunc adhuc incorruptum
et devastatum non fuerat usque ad aquam
Unstrut habentes Francos in parte occiden-
tali. Unde Northmanni homines imperiori-
ti et in parte orientali habitabant. ^{Flavi}
in parte meridionali habitabant Frisones
et hii fortiter et frequenter sine lite et pace
dependentes confinia eorum in et potentia
Unde Saxones fuerunt homines intinadi
et sine requie invadentes omnes terras
adiacentes, sed in domibus eorum fuerunt
mitis, et agrestes, et fideles, generationes et lo-
rum ac propaggines in magna reverentia
considerantes. Volentes etiam ab aliis infe-
rioribus eis accipere coniuges nec viri nec
mulieres, ut non cum aliis nationibus mis-
cerentur. Unde Saxones inter ipsos habuerunt
quatuor differentias, scilicet nobiles, dominos,
liberos, liberos homines et servos, et unus-
quisque accipiebat similem suum et
qui aliter faciebat interficiebatur. Ipsi
etiam habuerunt propria iura penarum
super homicidas et maleficos homines. Ipsi
etiam in tantum virtuosos erant et mun-
di inter ipsos, et si novissent Deum, ut fessum
omnes salvi essent et gratiam Christi obtinuis-
sent. Unde ipsi coluerunt ydola et precipue
Martem, cui thura et oblationes prefatis ter-
minis obtulerunt. Similiter colentes arbores

+ fccxlvi

mudi